

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

26. De Odij concitatione & remissione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

vel coniecerunt ex ratione aut experimentis; quod alios quis habet, quod eius parentes & propinqui laeterunt, quod qui tales sunt, solent laedere, ut qui robusti & animosi absque mente, & feræ famelice, vel irritatae.

Item ignati homines in odium sunt proni: Quippe qui vadique imminere sibi datum metuunt, itaque oderunt omne genus virium ac potentia qualiter possunt. Vnde tam cruentia & vecors in principibus illis suspiciose, ut in Caligula & Nerone, extitit saevitia. Præterea odium ex fiscis est & frigidis; idcirco eiusmodi per se, locis, temporibus invalescit, ut melancholicis, hyeme, morbo, egestate, fame, infamia. Agit quidem in his altius radices odium, sed iners & legne, acutur autem ad acerbitatem calore. Jam qui tenerissime sese amant, leuius de causis oderunt alios; semper enim hædi se autumant, & omnia in duriorum partem interpretantur. Hæc, odij ut sepius causæ sunt, & fomenta. Malo vero cornu malum est ouum: nam ex eo suffullat maledicentia, & rabiosa quædam dicacitas; quæ vbi incidunt, in acerbitatem, saevitiam, immanitatem denique commutatur.

De odij concitatione, & remissione.

CAPUT XXVI.

Odiorum flammam excitare facile est, restringere difficultimum. Siquidem virtus humanae naturæ, omnes ferme ad odia promptiores sunt, quam ad amores: Vbi autem amimo inserviant, altius sui vestigium impingunt, ut non nisi ægre postea mouentur. Cui dolet, meminit; cui placet, obliuiscitur. Amores plerunque & beneficia, pluma sunt leuiora: Damna & odia, plumbo grauiora, cordi tenacius adhætescunt.

Excitatur autem vulgo odium, si quid ostenditur factum ab aduersarijs spurce, superbè, fastidiose, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitosè: si à persona sordida, impura, illiberali, leua, arroganti, idque, aut dolo, & rapina, aut vi, & ferro, iniquissimis consilijs; si in priuata damna, & publica, si præter metum, suspicione, expectationemque nostram.

Hæc & similia oratores commemorare

solent: deinde his capitibus inflammant animos in vltionem facisoris: Huidusmodi crimina maiores leuerissime coactuunt: Non in paucos, sed in superiores, atque adeo totum recipit corpus labefactandum, tendere, latius impunitate manatura, si vis mali mature re-scindatur.

Dementis audaciae exitum permultos expectare, qui aliorum impunitate corroborant suam ipsorum exerant audaciam. Maleficium tale esse, ut neque imprudentia excusari, neque seniore manu corrigi posse; id non modò ab hominibus, sed a barbaris & feris esse remotum. Talia sunt que in parentes, liberos, coniuges, consanguineos, hospites, in patronos, pæceptores, in homines clares & nobiles, ipsos denique mortuos, iniuriosè committuntur.

Deinde hæc ipsa ex loco comparatorum augmentur, illustrantur, exaggerantur. Dira, horrida, truculenta, ipsi hostibus, feris, saixis & solitudinibus deploranda ostenduntur: quorum exemplis plenæ sunt Demosthenis ac Ciceronis orationes. Et mox aliqua in capite de iracundia proferemus. Odij remissio licet ^{Ody re-} sit ipsa difficultior, non omacum tamen excludit missio.

medicinam, vbi præsertim eminet aliqua

mentis celitudo & generositas.

Primum hebetatur rebus calidis atque humidis, rebus lœtis ac valde prosperis, vt animalia maduerint Viues; cum scilicet tristitia, & rigor, quidam pectoris odiorum comes ferè perpetuus, paulatim se frangit. Secundū adimitur misericordia, quæ solet in magnis calamitatibus, vel ferreis animis irrepercere, tollitur etiam spes, aut cupiditate certa aliiquid ab inimico adipiscendi, quod vtile, aut iucundum credamus fore; multò verò rectius præsentis boni lætitia atque voluptate. Tertio, diluitur maiore aliquo & grauiore odio, aut aliarum rerum magno momenti cura & sollicitudine.

Quartū, sublatis causis, quibus odium concitatum fuit, ipsum quoque aboleri contingit; ut cum qui odio habebatur, repente in alium mutatus est, auralia amandi causa emergit, ut quod proprio quus, necessarius, belligerans, eruditus, reipub. utilis.

Quintū debilitatur odium, si quis quæ alij dixerat, bellè interpretari, & in meliorem partem deflectere assuecat: sed nullum præfectius remedium, quam rerum terrenarum.

Ddd 2 con-

contemptus, Christianarum decor, & man-
fuetudo virtutum, Christique Domini heroi-
ca quædam imitatio.

& peccus Agamemnonis evibretur.

Ista verò quem genus habent, quam ex-
celsc, quam acerbè, quam heroicè collecta!

De motibus iracundie, & doloris.

Eius motus vim arduam, & præstantem esse,
primordia à poetis data.

CAPUT XXVII.

Fulmina sub Iove sunt (inquit ille) Enim uerò, non omnium è oratorum, graues illos, & accessos iracundia motus, heroicis viribus, & lacertis intorquere.

Hic Mariem tunica tectum adamantina ostendere oportet, hic toware, fulminare, & permiscere oportet omnia. Et quis hoc satis dignè præstiterit, nisi cui ingenium acre, velox, igneum, sublimè, excitatum: vox, lacerti, vires, pondus, vultus, frontis rigor, fulgor oculorum, & cætera, quæ ad huiusmodi affectus concidunt.

*Motus ira-
cundia he-
roica diffici-
les,*

Motus ira- Multi fortasse Alexandrum in pueritiae ru-
cundia he- dimentis lyra prudenter depinxerunt, roica diffici- pauci fulminantem expessere, ludera quædam amatoria, vel etiam mites honesta amicitia blanditas, & suaves illos, atque, ut ita dicam, byssinos affectus, fatus bellè permitti reddere solent. At frementis iracundia toniterua, flammæ, & ignes aptè fingere, pancorum est, & magnum sublimis eloquentia argumen-
tum. In quo certe dicendi genere quantum posset magnus ubique dicendi artifex Homerus, in Achillis iracundia effingenda saevis declarauit. Quia enim sublimis est, & heroicus, ut cæteros omittam, hic motus Achil- lis aduersus Agamemnonem,

*Homerus in
iracundia
exprimenda
generosus.*

Ω μοι ἀγαθέων θεομέτε, κερδαλεόφρων,
&c.
Erumpunt ista ex intimo pectori planè lacer-
tos: Primum, quam aptè grauem, & heroicum gemirum exprimit in dolore iracundiae: deinde, quod in ciuili vita apud veteres sum-
mum habebatur probrum, statim impuden-
tiam obijcit admodum ἴμφατις: neque enim impudentem duntaxat, sed ἀνδρίκην ἴσταινον, impudentia, quasi ueste indutum dicit: Ad summum grande illud vocabulum περβαλλόφρων sententiam claudit, quo ira tanquam ma-
iori vehiculo rapitur, ut fortius in aures,

Οἰνοβαρῆς, χυτὸς δύματος, ἔχων, κερδίλην δ' ἑ-
λάφιον.

Σε Δημοσῆς Θεοῖς λαοῖς οὐτιδανοῖσι
ἀρδοσεῖς.

Η γὰρ ἄντα θεῖδην γῆρας λαβεῖσται.

Vino grauis, probrum Regi quam ignemi-
niosum, quod verò subsequitur, quam oppor-
tunè, & loco, Canis oculus habet, & cor cerui,
canis scilicet oculos, ob inuidentiam alienæ
felicitatis, & rapacitatem: Cor cerui, ob au-
mum in prælijs, & congressibus delectum. Hęc
iuuenem ira, & zelotypiæ stimulis percitum
præclare exprimunt. Agamemnonis verò ira
grauior est, & plane regia. Nam cum discellū
Achilles minatur, generosè responderet:

Φεῦγε μάλισταις οὐ μοι πιποτεταχεῖσθαι
γωγεῖς

Διογομοι ἐνεκενθέμενοι μένενταις τοιούτοις
ἄλλοι

Οἴκε με τηλίσσουσι, μαλισταὶ γε μηλέτα Ζεὺς:
Fuge citio quo cumque animus impulerit. Nunquam
te deprecabor, ut mei gratia maneam.

Hec ad contemptum ambitiosi Principis,
qui totam Græciam suis armis sustentari ex-
stimatbat, sufficiunt. Iam illud quanta est dig-
nitas,

----- Apud me sunt alii, qui me honorent,
Maxime verò omnium Consiliarius Iupiter.
Ex Homeri fonte Tragici poetae, Græci,
Latini hauserunt, qui in istis affectibus expri-
mendis, admirabiles, ut posthac videbimus,
habent emuliones. Quo spiritu enim Medea
Euripidis intorquet:

Οὐ γὰρ μάλιστα δέσποινας, θεοὶ γάρ σέβετε
Μόδισα πάτεται, οὐ ξυληγόν εἶπόντες.

Εξάτελον μονοῖς ναΐσσαντείσας τεμῆς,
Οὐ χαίρων τις αὐτῶν τομέας ἀλγύνειτερ.

Πιποδὸς δὲ έγειρθιν καὶ λυγρὸς θήσω γά-
μος,

& cætera, quæ ibidem fusiū.

Non per Dominam, quam ego veneror supra
omnes Deos. Hinc iusurandum, excelsam
ostendit iracundiam in heroina: deinde sub-
limius quod adiungit, operum adiutricem
meorum, quasi ipsa Hecate in eius foret mini-
sterio:

Euripidis
Medea.